

Kaspar Ebel Georg Philipp Ris


**Decades Quatuor Conclusionum Metaphysicarum : 1. De Metaphysica in genere ;
2. De Ente ; 3. De Deo : 4. De Angelis**

Marpurgi Cattorum: Hampelius, 1646

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746577087>

Druck Freier  Zugang





95

52^b.6.



Ad Libros IPStorij 97.

Ja 1092 (95.)

Tomo hoc XLVII. continentur:

1. Dithemi Icarus Academicus Norimb 1643.
2. Acclamatione prepopmtica Academia Genensie cum eo
descenderet idem Ditherrus.
3. Orationes inauourales Academia Guodunensis Patavoru.
Polyadori. Walai. Anno. 1620.
4. Thysii.
5. Hommii.
6. Sinapij.
8. Ravi Pancognia Orientaliby linguis Trajecti ditta. 1643.
9. Hier. Welleri Consilium de studio Theol. Rostoch 1617.
10. Simile D. Joh. Quistorpii Rostochi. 1643.
11. Iusti Jone oratio de eodem argumento. ibid. 1644.
12. Dan. Heimfii. Homulia in Natalem Domini. Lugd. 1613.
13. —. In Chnsti Passionem. ibid. eod.
14. Quistorpij de Vinbu Liberi Arbitrii ep II. cor III, 4. s. 1645.
15. Samhauen Dominy gloria crucifixus. 1633.
16. —. De Melchisedeco e Gen. XII. 1634.
17. Jacobus Martini de Causa Peccati. 1639.
18. —. Analysis Capitis Vad. Romanor. eodem.
19. Dorschauc De tribu testibz in Terra. 1 Jo. V, 8. 1635.
20. —. De Peccato originali. eod.
21. —. Synopsis Theol. Zachariana.
22. —. ad Hebr. XIII, 8. 1643.
23. —. ad Act. IV, 27. 28. 1646.

24. D. Mentzerus de Ecclesia. 1608.
 25. D. Hamerkenig de Persona Christi. 1645.
 26. D. Cothmannig de Predestinatione. Rostoch. 1692.
 27. ———. Pars II. ———
 28. Jo. Croig de Orthodoxa Fidei Doctrina Mamp. 1619.
 29. ———. Euan. per Europā Doctrina cum script. S. conformitas.
 30. ———. De Apostolici nominis causis.
 31. ———. De Apostolica Ecclesiarū Euan. Doctrina.
 32. ———. De Catholicismo Ecol. Euangetica.
 33. ———. De Antiquitate Relig. Euangetica.
 34. Gocklenii Theses Apologeticae contra Finckium. 1606.
 35. ———. De Analogia seu proportione.
 36. Perzelius de S. Coena Stempforti 1602.
 37. Tossani Theses contra Euangeticos. ibid. 1605.
 38. Ravenspergeri Samson redivivus. ibid. 1619.
 39. Heyderi Euae quæstionum Theol. Maynurgi. 1611.
 40. Eglani de Generaliōe Christi. ibid. 1608.
 41. ———. De Fide justificante. ibid. 1617.
 42. ———. De Peccato in Spiritum S. cod. 44 β. Croig de Pecc. de Baptismo.
 43. ———. De Predestinatione. ibid. 419. Doctrina
 44. ———. ~~Compendium~~ ~~de~~ ~~pre~~ ~~destinatione~~ ~~et~~ ~~de~~ ~~peccato~~ ~~in~~ ~~spiritum~~ ~~s.~~
 45. Conradig Vorshig de Idolatria Pontificiorum in cultu Euchar.
 46. ———. ~~Itie~~ Stempfort. 1608.
 47. ———. De Idolatria eorundē in cultu sanctorum
 48. ———. In cultu Imaginum
 48. ———. In cultu ipsius Pontificis.

49. P. Petri Roeftii Soc. Jes. Disputatio Paradisiaca
50. Corradi Vossii Oratio Apologetica in
pleno Confessu Ordinum Hollandiae et Westphaliae
Gita. Hartmanni. 1612.
51. Ebelius de Generatione et Corruptione Hom.
Graevae. 1646.
52. — De Anima Hum. Simplicitate. 1644.
53. — Deinde IV. Conclusionum metaphysicarum. 1646.

1. 8.
2. 3.
3. 11.
4. 24.
5. 29.
6. 2.
7. 2.
8. 38.
9. 24.
10. 39.
11. 4.
12. 4.
13. 4.
14. 4.
15. 4.
16. 4.
17. 4.
18. 4.
19. 4.
20. 4.
21. 4.
22. 4.
23. 4.
24. 4.
25. 4.
26. 4.
27. 4.
28. 4.
29. 4.
30. 4.
31. 4.
32. 4.
33. 4.
34. 4.
35. 4.
36. 4.
37. 4.
38. 4.
39. 4.
40. 4.
41. 4.
42. 4.
43. 4.
44. 4.
45. 4.
46. 4.
47. 4.
48. 4.
49. 4.
50. 4.

a - a	A - D
16	A - C
35	A - C
30	A - C
A - C	A - C
20	65
40	A - C
A - B	48
-	A - C
A - B	16
35	A - C
B - 36	A - C
A - 00	A - C
A - C	A - C
A - 00	A - C
A - B	A - B
A - D	A - K
A - 00	51
40	24
128	24
72	20
A - 00	
A - D	
14	
16	
32	
A - G B	
A - C	
A - 00	
A - C	
A - C	
B - G 1	
A - D	

53.
50

D. B. I. Æ.
DECADES QUATVOR
CONCLUSIONUM METAPHYSICARUM

1. De Metaphysica in genere. 2. De Ente.
3. De Deo. 4. De Angelis.

Quas,

Sacrofanctæ Trinitatis Auspicio,

SVB PRÆSIDIO,

Viri Excellentissimi & Clarissimi

D O M I N I,

M. CASPARI EBELII,

LOGICES, METAPHYSICES AC

Moralium, in Illustri Cattorum Academiâ, Professoris

Ordinarii, longè celeberrimi, &c. Domini Præceptoris,

Fautoris & Promotoris, omni honoris & amoris

cultu-prosequendi.

Publicæ Disquisitioni submittit

GEORGIUS PHILIPPUS XJG.

Ad Diem 29. Augusti.

In Collegio Philosophico, horis consuetis.



MARPURGI CATTORVM,

Typis JOSEPHI DIETERICI HAMPELII,

Academiæ Typographi.

M. DC. XLVI

CONCILIUM MATHYSICANUM
1648

Georgii Philippi

M. CASPARI EBELII

Georgii Philippi

GEORGIUS PHILIPPUS

M. D. XVII



DECAS PRIMA.



Metaphysica dicta prima Philosophia, item Sapientia, Theologia naturalis, vulgò Metaphysica, dicitur vel Trans-Physica vel Post-Physica.

Disciplinam universalissimam & generalissimam Philosophicam, quam frustraneo & irri-
o planè conatu hæctenus impugnarunt *Amesius*,
Ramus, & ejus *Affecta*, quæq; agit de Ente, quatenus Ens est, interpretes
vocare consueverunt Metaphysicam, Occasionem hujus appellationis
sumpserunt ex inscriptione ipsius Philosophi, qui suos Libros Metaphy-
sicos ita inscribit, τῶν μετὰ τὰ φυσικά. Cum autem μετὰ duplicem ha-
beat significationem, trans & post, Clat. Dn. Scheibl, l. 1. *Met. c. 1.*
Fonsec. l. 1. *Met. Proem. c. 8.* dupliciter quoq; illa inscriptio explicari
potest. 1. Ut Metaphysica sit Transphysica vel Transnaturalis scientia,
& hoc vel ratione generalitatis: Quia tale objectum habet, quod cæ-
terarum disciplinarum objecta omnia suâ generalitate & universali-
tate transcendit & longè superat: Vel ratione excellentiæ, & præstan-
tiæ & dignitatis, quia considerat Entia nobilissima, purissima & in
longè altiori ordine constituta, quàm Physica & materialia. Exc. D.
Præs. *Disp. 1. Met. p. 2.* aded ut 6. *Met. s. 2. c. 1. c. 6.* vocetur Princeps,
scæarum omnium scientiarum, quæ lumine naturali cogoscuntur, ut
exponit D. Hornejus *Disp. 1. Concl. 1. Met.* Hincliquet 1. quanta sit
Metaphysicæ utilitas, vide Cl. D. Præs. *Disp. contra Amesium*, Scharf.
theor. transc. disp. 1. & alios, 2. cognoscendi difficultas, non tamen om-
nimoda impossibilitas, ut quidem falsò per suas tempore Aristotelis
arbitrati sunt. 2. Ut Metaphysica sit Post physica, vel Postnaturalis sci-
entia, ex modo & ordine sciendi, inveniendi, aut docendi, Post phy-

cam enim inventa est: Solet etiam post Physicam doceri, disciq; Scharf.
Met. exempl. proem.

I I.

Metaphysica est scientia, quæ contemplatur Ens, quatenus Ens, & ea quæ ei per se insunt.

Ita definimus Metaphysicam, eamq; definitionem legitimam esse censemus, etsi fortassis non adeo sit perfecta: in transcendentibus enim definiendis procedendum est nobis eo modo, quo possumus non quo volumus. Optime a. hæc definitio inde stabilitur, quod hæctenus nondum viderimus meliorem, nec contradicentium argumenta, quibus ad ejus destructionem utuntur, ullum robur habeant. Stamus igitur eandemq; retinemus donec vel de ponte, ut agunt, dejiciamur, vel accuratior nobis ostendatur. Sufficit, quod ad leges bonæ definitioni competentes, quam proxime sit directa: non enim vel latior est vel angustior suo definito, vel eodem obscurior, vel obscurum per æque obscurum explicat aut probat: sed clarè naturam disciplinæ proponit, legitimum genus veramq; differentiam suppeditat, ut in subseqq. patebit. Prolixe explicata, qui hæc desiderat, eum ad Dd. *Metaph.* fufius omnia explicantes & pertractantes ablegamus.

III.

Genus Metaphysicæ non est simpliciter ea scientia, quæ ab Arist. 6. *Ethic.* definitur & describitur.

Verba Aristotelis, quæ loco citato habentur, ita sonant. sunt autem ea, quibus animus affirmando aut negando verum dicit, *numero 5.* Hæc v. sunt, ars, scientia, prudentia, sapientia, intelligentia. Et in subseqq. explicat definiendo quid sit scientia. Ex quibus nos duo argumenta conclusionis nostræ confirmationi inservientia elicimus 1. Scientia, prout hoc in loco ab Aristotele explicatur, opponitur sapientiæ, Dn. Scheibl. *l. 1. Met. c. 1. art. 4. n. 26.* vel secundum Cl. D. Præs. sunt species disparatæ sapientia & scientia strictè ita sumpta. Erg. Scientia illa non potest esse genus Metaphysicæ, aut de ea in quid prædicari, quia hæc verè est & nuncupatur sapientia, *1. Met. c. 2.* 2. Illa scientia ibidem sumitur pro habitu præcisè conclusionum, Dn. Scheibl. *loc. cit.* Talis a. habitus præcisè non est Metaphysica: Sapientia enim inq; Aristoteles, est habitus constans ex intelligentia & scientia. Intelligentia v. est principiorum.

IV. Me-

Metaphysicæ genus non est ars nec prudentia.

De prudentia ut prolixi sumus, nulla flagitat necessitas: unico igr hoc syllogismo utimur: quicunq; habitus philosophicus non est practicus, nec versatur circa vitia & virtutes, circa contingencia, circa ea quæ in consultationem cadunt, illius quoq; genus esse nequit. Atqui Metaphysica non est talis habitus Erg. genus ejus prudentia esse nequit. Majorem confirmat prudentiæ propria indoles, ut minorem ipsius Metaphysicæ natura, quæ est mera theoretica seu speculativa. De arte a. controversiam quidam movere ausi sunt, quibus opponimus hanc argumentationem. Cui non competit definitio artis, illius genus ars esse neqt. Atqui Metaphysicæ non competit definitio Artis. Erg. Major probatur quia definitio generis competit speciei generi subjectæ, quia homo est animal, ideò est corpus animatum sensu præditum. Minor probatur ex definitione artis. Ars, inqt. Philosophus 6. Ethic. est habitus cū recta ratione effectivus: hoc a. de Metaphysica nemo sanæ mentis dicet. Bene Scharf *theor. transc. disp. 1. th. 28. p. 10.* quia habitus practicus non est Metaphysica, quomodo ars erit? Cum omnis ars sit habitus practicus & species habitus practici: Forsan species alicui competit, cui non competit genus illius speciei? quod ego non crediderim, nisi Forsan Ramista homo sit & non animal. Hac ille. Artem contemplativam Timpleri cum Mart. *part. Metaph. l. 1. q. 2. f. 1.* & Scharf. *theor. transc. disp. 1. & th. 29. p. 20.* proclamamus *σιδυρόζυλον*. Nec juvat eum & alios vitiosa definitio, quam ex Luciano suo accurato illo definitore in subsidium vocant, quæ quam perfecta & accurata sit, videatur Exc. Dn. Præs. *Coll. Met. disp. 1. art. 3. f. 3. p. 10.* Scheibl. *Met. l. 1. c. 1. art. 2. n. 15. 16.* Martin. *part. Met. p. 7. l. 1. quest. 1.* & alii.

V.

Metaphysicæ genus non est intelligentia.

Cum hæc Conclusio non aded sit apud Dd. Metaph. controversa, ideò in ea illustranda brevis ero: sicuti a. de scientia strictè ita dicta supra dicebamus, quod ideò non possit esse genus Metaphysicæ, quia spectet præcisè conclusiones: ita nunc de intellectu dicimus, quod hic ideo genus Metaphysicæ constituere nequeat, quia præcisè Principia spectet, hinc fluit argumentum. Qui habitus in nudis acquiescit Principiis ille genus Metaph. esse nequit. Ast intelligentia talis est. Erg. Major

A 3

jor

ior probatur inde, quia Metaphysica non solum est habitus principiorum sed & conclusionum, uti id evidenter ostendit ipsius Metaphysicæ genus, & procul dubio nemo nisi in Metaphysica hospes negabit. Minorem confirmat intelligentiæ Definitio Aristotelica, *6. Ethic. c. 6.* non negamus tamen Metaphysicam de intelligentiæ naturâ participare.

VI.

Metaphysicæ genus non est sapientia.

Contra hanc nostram sententiam non pauci nec ignobiles inveniuntur Metaph. recentiores, qui omnibus viribus affirmativam propugnant. Argumenta eorū apponere mea brevitatis non patitur, discursus forsā dabit. Unicū igr. proponam fundamentū, quo nostra hac in parte opinio nititur. Antequam a. illud fiat, præsuppono cum Excell. *D. Pras. Diss. 1. Coll. Met. s. 2. art. 1. & Dn. Schebl. l. 1. Met. c. 1. art. 3. n. 20.* aliud esse Metaphysicam esse Sapientiam, & aliud Sapientiam esse Metaphysicæ genus: hæc duo sunt distinctissima, prius concedimus adversariis, posterius constanter contra eos negantes argumentamur: Quod de Metaphysica & physica, vel alia disciplina speculativa, non potest prædicari in quid, tanq. pluribus specie differentibus, illud non potest esse genus Metaphysicæ. Ast sapientia tale quid est. Erg. Major constat ex definitione generis; minor probatur ex sapientiæ definitione, ejusq. 6. conditionibus, quæ præter Metaphysicam nulli alii disciplinæ applicari possunt: ubi a. definitio & conditiones sapientiæ locum non habent, ibi Sapientia genus esse nequit. Notanter dico in majore, potest prædicari, ut eorum instantiæ satis faciam, qui prædicationem actualem in argto. Intendi putant, quam ad generis existentiam requiri nec nos statuimus, cuique exemplum animalis in primæva creatione & post mundi hujus destructionem firmiter contradicit.

VII.

Scientia tantem, quæ est habitus eruens conclusiones, cujuscunq. generis, ex principiis tam generalibus & primis, quàm specialibus & propriis est Metaphysicæ convenientissimum genus.

Hujus Conclusionis veritas colligitur ex remotione scientiæ, strictè ita dictæ, sapientiæ, intelligentiæ, prudentiæ, artis. Argumentamur a. porro: Quod de Metaphysica & Physica tanq. disciplinis specie differen-

differentibus prædicatur in quid, illud est Metaphysicæ genus. Ast scientia ita prædicatur. Erg. Major est definitio generis. Minor. Eadem scientia, quæ ita prædicatur de Physicâ, ita etiam prædicatur de Metaphysicâ: nullus enim alius habitus superest. Porro ut conclusio nostra recte intelligatur, notamus vocem scientiæ apud Philosophos tripliciter accipi. 1. latissimè pro quovis habitu mentis, & comprehendit disciplinas tam theoreticas quam practicas. 2. strictissimè, prout ab Aristotele sumitur 6. *Ethic.* & est habitus conclusionum. 3. medio quodam modo, pro habitu contemplativo, & hoc modo scientiam nostram usurpat conclusio. Fluit hinc simul quòd Metaphysica sit scientia speculativa, quia est propriè dicta scientia. Conimbric, Mendoza, aliorumq; plurimorum scientiam practicam, & ut, Fonseca rationalem cum Timpleri arte contemplativâ in eodem ponimus prædicamento.

VIII.

In omni definitione invenitur differentia, vel quid analogum differentiæ: & ea in Metaph. definitione sumitur ab objecto, quod est Ens, quatenus Ens; vel ens, quatenus est abstractum à materiâ & motu, secundum rem & rationem.

Plurimæ eaq; diversissimæ inveniuntur de objecto Metaph. sententiæ, uti videre licet apud Clar. D. Præs. disp. *Col. Met. 1. f. 3. art. 1.* Dn. Scheibl. *l. 1. t. 4. art. 2.* Omnes a. præter hanc appositam erroneas pronuntiandas esse censemus, quia vel in defectu vel in excessu peccant, nostra v. Metaphysicæ est adæquata; Et loquimur de subiecto totali sive adæquado, non partiali, sive sit perfectionis sive attributionis; & in eo, ut in aliarum disciplinarum objectis invenimus materiale, quod vocant rem consideratam, estq; ens, sc. reale, per se, nominatur sumptum, in quo recentiores plurimi nobiscum conveniunt: & formale, quod appellant modum considerandi, in quo à nobis recedunt. Statuunt enim id esse ens sub termino reduplicante, vel secundum Alstedium & Bartholinum, specificante, nos contra sentimus id esse abstractionem à materiâ & motu secundum rem & rationem: celebrem abstractionis divisionem proponit Exc. D. Præs. *Disp. 25. Met. f. 2. art. 2. p. 351.*

IX.

Partes Metaphysicæ duæ sunt generalis & specialis. Divisionis bonitas in primis cernitur, ex ejus adæquatione cum diviso:

diviso: cum igitur hic nihil contineatur sub membris dividendis, quod non contineatur sub diviso, & nihil sub diviso, quod non sit sub membris dividendis, colligimus cæteris paribus hanc nostram divisionem esse legitimam. Notamus a. aliam divisionem esse generis in speciem, aut speciei in individua, aliam totius integrantis in sua membra: ad priores hanc divisionem non referimus, sed ad ultimam. Hinc errat Goclenius, nec minus Pererius, Keckerman. & alii: alias nobis obtrudere conantes.

X.

Disciplinæ Imperatricis munera sunt potissimum hæc: ut 1. intellectum notitiasq; naturales perficiat, promoveat & faciliat. 2. Affectiones per principia prima de subjecto demonstrat. 3. scientiis & disciplinis subjecta præscribat.

Munera hæc ad scribimus Metaphysicæ, et summam ejus utilitatem inde probamus, tum respectu nostri intellectus, tum in ordine ad inferiores disciplinas: intellectum nostrum in cognitione conceptum universalissimorum perficit, sicuti omnis alias habitus ordinatur ad hoc ut perficiat naturales potentias & actus. 2. munus ipsi competit, quia est scientia. Ad 3. dicimus aliud esse, alicui modo speculativo præscribere objectum, quemadmodum explicat Dn. Scheibl. *l. 1. Met. c. 1. t. 5. art. 2.* & aliud, subjectum alicujus demonstrare, prius concedimus, postterius contra Averroë 3. *de Cælo. t. 4.* ex Dn. Hornejo negamus, *disp. 1. Concl. Met. s. p. 4.* & cum eo dicimus, Metaphysicam præesse cæteris, ut prima principia cognoscendi tradat, & principia reliquarum defendat, ut quoq; docetur, *4. Met. c. 3. 1. Phys. c. 2. Hinc ait Mendoza, disp. log. 11. f. 5. §. 30.* Contra negantem principia non esse argumentandum ex principiis ejus facultatis qua negat, at v. ille est convincendus ex Metaphysicis principiis, quod si hæc negaverit, cum illo age fuste non ratione.

DECAS II. DE ENTE.

Ens est, cui non repugnat esse in rerum natura sine totali fictione intellectus: vel, quod esse potest, aut non habet prædicata contradictoria sese invicem destruentia.

Varia hætenus excogitata sunt definitiones entis, quibus has verbis

9
verbis discrepantes sensu convenientes in conclusione nostra præferendas esse, ex mente Clarif. Dn. Præl. judico. Sed Scharfius *Met. Ex-empl. l. 1. c. 1. p. 11.* inq̃t: Argutus Medoza sic definit: Ens est, quod potest esse in rerum naturâ, item, quod non habet prædicata se invicem destruentia, seu contradictionem involventia, quas argutias otiosis speculatoribus relinquimus. Hæc ille. Verum hæc sine solidâ ratione: explicant hæc definitiones nobis clarè naturam entis, & quidem nominaliter sumpti, quod Ens nominaliter vel substantivè sumptum, immeritò negat Autor *Metaph. divin. s. 1. proœm. p. 27.*

II.

Perfectam & exactam Entis definitionem tradere non possumus.

Hujus Conclusionis veritatem deducimus inde, quia Ens est Transcendens, transcendentibus a. denegatur perfecta definitio, vide *Excell. D. Præsid. Coll. Met. Disp. 2. s. 3.* & Scharf. in *definitione entis, Met. Ex. l. 1. c. 1. p. 10.* ubi ait, descriptiones vulgares meritò retinentur cum faciliores & meliores haberi nequeant: nec possumus hoc loco in transcendentibus habere definitiones exactas, sed cogimur unum terminum per alium explicare, juxta aliam atq; aliam terminorum habitudinem & respectum. Cum igitur Ens utpote transcendens à priori, per conceptum determinabilem generi respondentem, & per determinantem seu contrahentem, differentiarum vices subeunt, definiri nequeat, definitur à posteriori per habitudinem ad sua attributa.

III.

Aliquid & Res generis entis esse, veritati non est consentaneum.

Argumentamur ad nostram conclusionem confirmandam hoc modo, quæ sunt entis synonyma non sunt ejus genera, Res & Aliquid sunt entis synonyma. E. Major probatur, synonyma æque latè patent, genus autem latius est sua specie. Minoris confirmationem vide apud *Cl. D. Præf. disp. 2. Met. Col. s. 1. p. 23. disp. 3. s. 2. art. 5. p. 52.* Contra nos sentit Timplerus *l. 1. Met. c. 3. q. 1.* sed argumenta ejus referre, non de necessitate videtur. Vide Dn. Scheibl. *l. 1. Met. c. 2. art. 7. tit. 2. n. 18.* Dithmars: *Exercis. Met. disp. 3. disq. 4.*

IV.

Objecti Metaphysici genus nec est τ ò intelligibile.

B

Ut

Ut rectè intelligatur mens nostra, quam in conclusione hac intendimus, præsupponim⁹ intelligibile aliquid esse vel per se, vel per accidens: prius competit objecto metaphysico, posterius nihilo, entibus rationis, privationibus &c. loquimur ergò de intelligibili per se, & sententiam nostram probamus. 1. Genus debet prædicari de pluribus &c. E. quodnam v. quæso præter ens datur, requiritur certè entis conspecies, prout hominis conspecies est bestia: aut hoc nec aliquid nec essentia, nec nihil, aut non Ens. 2. Quod est affectio entis, non potest esse genus entis: Intelligibile est affectio entis. Erg. Minorem sufficienter confirmant isti, qui statuunt veritatis rationem formalem consistere in conformitate rei cum intellectu, & per se minor aliàs quoq; clara est, videatur Scheibl. l. 1. Met. c. 2. tit. 2. art. 7. n. 18. 19.

V.

Indicia essentia sunt 1. Operatio. 2. Affectio. 3. Quidditativa definitio. 4. Non implicare repugnantiam ad esse.

Signa vel indicia essentia alia possunt esse à posteriori, alia à priori: hæc indicia in conclusione posita nos ita colligimus à posteriori. Primum & secundum quod attinet, ista eleganter proponuntur in definitione illa essentia, quâ definitur, quod sit principium primum ac radicale, sive intimum omnium operationū ac proprietatū rei convenientium. Excell. Dn. Præf. disp. 2. Met. l. 4. p. 33. Ubi a. principiatum est, ibi ratio cognoscit quoq; præsupponendum esse principium. III. Liqueat inde, quia bona definitio nobis explicat rei essentiam. de IV. dictum est, in definitione Entis. Addimus tamen hæc indicia in rigore sumpta, non omnia esse adæquata; nec porro sequitur, hoc ens non involvit repugnantiam ad esse, Erg. actu est. Angelus enim perfectior quàm jam est, non involvit repugnantiam talem, nec tamen sequitur actu est. Similiter concluderem decem mundos, soles & lunas esse, quia utiq; non involvunt repugnantiam ad esse.

VI.

Objectum Metaphysicæ ut sic, habet unum conceptum objectivum & formalem, in inferioribus autem non contrahitur per reales & veras differentias, sed tantum per expressiores conceptus, qui tamen æquè simplices sunt ac ipsum ens.

Quid

Quid sit conceptus objectivus & formalis, & utriusq; in objecto Metaph. unitatem, eleganter explicant & probant. Exc. Dn. Præf. *Disp. 2. f. 2. & 3.* Dn. Scheibl. *Met. l. 1. c. 2. r. 3. n. 31.* Scharf. Theor. *trans. disp. 3. Iacch. l. 1. Met. c. 5.* De ente a. contrahendo ad inferiora, Mendoza in *disp. log.* Quod autem ens ita non contrahatur v. g. ad substantiam, & quod ista contractio non faciat aliquam in ente compositionem, patet inde, quia ens ad substantiam contractum attribuitur Deo, in quo nec talis differentia, qualis in thesi indicatur, nec ejusmodi compositio invenitur; plura argumenta prostant apud Suarez, aliosq; autores, quos, qui præter hæc dicta, alia desiderat, consulere potest.

VII.

Principium ab Aristotele *5. Met. c. 1.* definitur, primum unde aliquid, aut est, aut fit, aut cognoscitur.

Hæc ipsa definitione indicatur divisio principiorum, quod alia pertineant ad rem in fieri, alia ad rem in esse constitutam, alia ad rem cognoscendam, & secundum Fonsëcam in notis, *c. 1. l. 5.* hæc definitione comprehenduntur omnia omninò principia: Qui citatus autor, prolixè ibidem quæst. *1. f. 2. 3. 4.* hujus definitionis explicationem persequitur. Benè porro monet, Excell. Dn. Præf. *Comp. Met. cum Fons. loc. cit.* particulam, primum, non intelligendam esse absolutè tantum, sed etiam respectivè, ut in numero senario, sexta unitas est prima non absolutè, sed respectu sequentium. Particula, unde, inquit Fonsëca fusissimè est sumenda, nempe ut complectitur, post quod, à quo, ex quo, per quod, imitatione cujus, propter quod, & si qua alia est ejus significatio. Dn. Scheibl. *l. 1. Met. c. 21.* de τὸ unde, ait art. 2. Vox, unde, significat generaliter omnem habitudinem, juxta quàm aliud apprehenditur consequi ad alterum, sive id sit per veram causalitatem, sive non, modò sit aliqua coñexio, vel consecutio hujus ad illud. Accuratissimam a. Principii definitionem tradit nobis Cl. Dn. Præf. *disp. Met. 22. f. 2. art. 2. ex Suarezio.*

VIII.

Principia, per quæ demonstrat Metaphysica, non possunt esse causarum genera.

Quod in Metaphysicâ dentur demonstrationes, & requisita demonstrationis, subiectum nimirum, affectio, & principium, non facile negari potest: attributa enim entis de ente demonstrantur, ut unum im-

rè de ente, bonum mediante vero, &c. Quod a. isti excipiant, qui Metaph. scientiã esse negant, in omni demonstratione propriè dicta causam, subiectum, & affectiones realiter debere esse distincta, id nondum probatum dederunt, imò hoc ipsa demonstrationis natura ut sic, non requirit, & multæ demonstrationes in Physicã & alibi reclamant. Quænam v. sint illa, per quæ Metaphysica demonstret, in eo nondum conveniunt. Metaph: quidam obtrudunt causas, sed contra eos hunc formamus discursum: si causarum genera sunt principia prima demonstrationis in Metaphysica in genere, tum de Deo nulla dabitur demonstratio in Metaphysicã. Sed posterius est absurdum. Erg. Consequentia clara est, quia Deus tanq. ens independens harum causarum expers est. Minorem confirmat doctrina de Deo, quæ in Metaph. proponitur. Jacch. *Met. l. 1. c. 4. p. 15.* proponit hoc argumentum. Quod est immensum, est ubiq;. Deus est immensus. E. Hic immensitas, inquit, est ratio ubiquitatis, estq; demonstratio à priori.

IX.

Quando igitur Metaphysica demonstrat, tum demonstrat. 1. per essentiam; 2. per aliud attributum. 3. per principia complexa.

Rejctis causarum generibus, tanq. adæquatis demonstrationum Metaphysicarum principiis, assumimus hæc: Et duo priora potissimum adscribimus demonstrationi ostensivæ: posterius a demonstratione per impossibile. Et notamus porrò cum Clar. Præside, quod ad demonstrationem non requirantur necessariò causæ formales, actuales physicæ, & rigorosè sic dictæ, sed sufficiant quoque virtuales, Metaphysicæ seu rationes essendi: alioquin, inquit *Jacch. l. 1. Met. c. 4. p. 15.* in Mathematicis nullæ essent demonstrationes, nec enim causâ efficiens aut finalis propriè illic locum habent, aliæ vero causæ non ingrediuntur demonstrationem. Hæc ille. Deniq; in conclusione diximus, has causas vel principia esse 1. essentiam, 2. attributum, sc. per essentiam demonstratum, ubi addimus hoc posterius inveniri tantum in illo passionum genere, quæ ita inter se connexæ sunt, ut una ex alterâ à priori & ostensivè oriatur, & quadam ratione dependeat.

X.

Objectũ Metaph. habet affectiones, essentiam ejus concomitantes, quæ de eo denominativè prædicantur.

Affectio-

Affectiones objectum Metaphysicum habet, & quidem reales, ut Unum, Verum Bonum, &c. licet ab eo non sint realiter distinctæ; & sunt propriè sic dictæ affectiones, quia ipsis requisita verarum affectionum competunt. Fluunt enim 1. ex ejus essentia, 2. sunt eo posteriores: posterius est a. aliquid dupliciter, vel à parte rei, vel secundum nostrum concipiendi modum. Hoc modo id ipsum, ut posteriores consequuntur, & de eo denominativè prædicantur, quia non pertinet ad primū ejus conceptum.

DECAS III. DE DEO.

Deus est Ens nobilissimum, eiquè propriè loquendo, nec genus nec differentia competit.

Qui est causa rerum omnium creatarum æquivoca, ille est omnibus creatis nobilior. Deus est omnium creaturarum causa æquivoca. E. Major probatur, quia omnis causa æquivoca semper est perfectior essentialiter suo effectu, sicuti contra causa univoca est cum effectu suo ejusdem perfectionis essentialis, eumq; formaliter continet. Posterius in conclusione nostrâ probamus, ita: quod magnam implicat imperfectionem id Deo non est tribuendum: habere genus & differentiam magnam implicat imperfectionem. E. Major per se clara est, minoris probationem, qui desiderat, consulat Exc. D. Præf. *disp. 3. art. 1. seqq.* & Dn. Scheibl. *l. 2. c. 3. s. 3. art. 1.*

II.

Deum esse, ex solo lumine naturæ seu rationis cognosci potest.

Ratio humana sacro Bibliorum Codice destituta, ita colligere potest: In agentibus sibi essentialiter, subordinatis posterius nō movet, nisi virtute prioris: Quod si jam processus admittatur causarum in infinitum, nullam dare poteris primam. E. nec secundam, nec tertiam. Et per consequens sublatâ primâ, tollitur tota rerum universitas. Quare necessariò concedendum est, esse primam causam quam Deum dicimus. Huic argumento adjungimus, pulcherrimam rerum harmoniam, varia & miraculosa effecta, terrorem conscientia, &c. si placet, consule tract. de osculo seu consensu Ethnicæ & Christianæ Philosophiæ Mutii Panfæ, & videbis notatu dignissima quorundam Ethnicorum de Deo dogmata.

B 3

III. Quamvis

Quamvis Deus perfectè definiri nequeat, describi tamen aliquo modo potest: Deus est spiritus independens.

Deum perfectè definiri non posse, colligi potest, ex Decadis hujus concl. 1. Ubi enim non est genus nec differentia, ibi profectò definitio perfecta locum habere nequit: Descriptionem autem aliquam dedimus, in quâ loco generis ponimus spiritum. Dum enim Deus vocatur actus purissimus, necesse est, quia est Ens, & substantia, ut sit spiritus: aliàs enim esset compositus ex materiâ & formâ, ex partibus quantitati vis, dependeret ab alio, non esset primum ens, &c. quæ oia, cum actu purissimo consistere nequeunt. Hic enim 1. excludit potentiam objectivam, 2. potentiam passivam tam intrinsecam quàm extrinsecam, omnem compositionem rationis quæ imperfectionem implicat.

IV.

Deus, ut ex lumine naturæ cognoscitur, est considerandus in Metaphysicâ, estq; ejus objectum partiale non attributionis, sed perfectionis.

Amesius ut patet ex medullâ ejus theologicâ l. 1. c. 2. & ex disp. contra Metaphysicam, omnem de Deo cognitionem ad Theologiam refert; sed quam graviter erret eleganter ipsi monstravit Exc. Dn. Præf. in disp. contra Amesium, aliâq; cum refutant scripta tum antiquiorum tum recentiorum. Recentiores vero Dd. Mataphysici non pauci generalem de Deo considerationem concedunt Metaphysicæ, sed specialem ad pneumatologiam tantum restringunt. His vero subscribere nec possumus nec volumus, nisi mutilam & mancam tradere velimus Metaphysicam. Nos igitur de Deo in Metaphysicâ generaliter & specialiter rectè agi arbitramur: continetur enim sub objecto Metaph. adæquato, imò est tanq. nobilissima pars, objectum in adæquatum Met. à quo denominatur Theologia, & vocatur objectum perfectionis. Nec videmus, quomodo verè nomen Theologiæ Metaph. tueri possit, si cognitione Dei privetur, cum secundum eorum sententiam, Deus sub objecto Metaphysico non contineatur.

V.

Deus est Ens summè unum.

Unitas est vel generica vel specificâ vel individua: de hâc posteriori nobis sermo est. Qui est summè infinitus, est summè unus. Deus est summè infinitus. E. Major probatur, quia plura infinita dari nequeunt, vid: Mur. *Paris. l. cit. c. 33. p. 164.* & alii.

VI. Deus

Deus non est Ens universale, sed singulare.

Hujus Conclusionis veritas dependet à priori conclusione, in quâ Deo attribuiamus unitatem individuam. Quæ nihil aliud est, quam unitas singularis, & cum universalitate in essendo vel prædicando, nullo modo consistere potest. Habent enim rationes formales oppositas, esse divisibile & indivisibile in plura inferiora. Singularitas hæc essentiæ divinæ optimè confirmatur ex singularis definitione, ejus naturam clarè explicantem vide *Ex. Dn. Præf. Diss. 9. Met. part. general.* Quæ definitio, inquit *Corn. Mart. in epitome Methaph. p. 258.* diligenter animadvertenda est, propterea quòd in gravissimâ quæstione de Deo, an unus sit multi ita disputant, ut ostendant, se quid unum numero sit, ignorare.

VII.

Deus est Ens simplicissimum

Quod caret omni compositione re: & ra: cum imperfectione, illud est simplicissimû. Deus est tale quid. E. Major ex oppositione patet. Minor. removemus à Deo compositionem. 1. ex materia & forma. 2. ex partibus quantitativis. 3. ex subjecto & accidente. 4. ex pluribus accidentibus. 5. ex actu & potentia. 6. ex genere & differentia. Causam remotionis aperiemus in conspectu petenti. Cum hæc autem Dei simplicitate stare posse opinamur compositionem 1. ex esse & essentia. 2. ex naturâ & supposito. 3. ex attributis variis.

VIII.

Deus est Ens summè verum & summè bonum.

Veritatem probat hæc argumentatio: Cui verè essentia divina competit, ille est verus Deus. Ait Deo &c. Ergò. Majorem probamus ex ratione formali veritatis transcendentalis, quam statuimus esse convenientiam vel participationem essentiæ enti in esse debitæ. Minor non indiget probatione. Bonitatem confirmat sequens ratio: qui perfectione undiquaq; infinita præditus est, ille est ens summè bonum. Deus tale est ens. Ergo. Major iterum fluit ex ratione Bonitatis transcendentalis formali, quam dicimus esse perfectionem, eamq; potissimum essentialem.

IX.

Deus est Ens summè perfectum.

Per-

Perfectionem Deo competere probat conclusio antecedens, & quidem perfectionem transcendentalem: de omni autem perfectione argumentum desumi potest ex definitione perfecti, quod definitur cui nihil deest, & hoc vel privativè, vel negativè. Cum Deo igitur nihil desit vel privativè vel negativè, recte ex inde concludimus in Deo omnem inveniri perfectionem, sine ulla imperfectione, quamvis non eodem modo in se contineat omnes perfectiones, sed alias formaliter alias eminenter. De perfectione quoque recte sentit Suarez eam non solum esse etiam divinam sed & de essentiâ divinâ.

X.

DEUS est Ens infinitum.

Argumentamur ex Conclus. III. Qui est independens est infinitus DEUS. DEUS est independens. Ergo. Major robur suum inde accipit, quod independentia sit radix & ratio essendi, uti omnium attributorum ita & infinitatis: hinc in definitione nostrâ Philosophicâ non posuimus loco differentia infinitatem sed independentiam, quia hæc nostro concipiendi modo est illa prior. Per essentiâ infinitatem jam demonstratam, demonstramus infinitatem in perfectionibus, duratione, præsentia, in operationibus, de quibus omnibus perspicuè Execll. D. Præf. Scheibl. & alii.

DECAS IV. DE ANGELIS.

Angeli uti Deus sub considerationem Metaphysicam cadunt.

Quia Spiritus rectè attribuitur Metaphysicæ, sequitur quod idem de Angelis dicendum sit, præsertim cum nec obstat Metaphysicæ universalitas, nec formalis considerandi modus, quem in præcedentibus diximus esse abstractionem à materia & motu secundum rem & rationem. Notamus tamen prædicata, quæ de Angelis cognoscuntur esse in duplici differentia: Quædam n. tantum ex lumine revelationis innotescunt, quædam etiam ex lumine rationis: Secundum priora, ut quod aliqui in veritate steterint, aliqui lapsi sint, quod in tempore creati sint, ad solam Theologiam sunt referendi, secundum posteriora, si attendatur absoluta consideratio, ad Metaphysicam.

Angelos esse, probari potest ex lumine naturæ.

Distinguimus 1. inter angelorum esse actuale & possibile. 2. inter probationem evidentem & conjecturalem seu probabilem. Esse eorum possibile,

possibile probari potest ex lumine rationis, & quidem probatione evidenti & firmâ, uti quòq; probat Clar. D. *Pras. part. 2. Met. disp. 6.* Esse a eorum actuale ex solo lumine rationis evitentibus & firmis argumentis probari nequit, sed probabilibus & conjecturalibus.

III.

Angelus est spiritus finitus, completus, non dependens à corpore.

Spiritum in hac definitione ponimus loco generis, qui aliàs genus propriè sic dictum non est: prædicatur autem de Deo, Angelis, & animâ humanâ non æquivocè, ut aliqui sentiunt, sed analogicè; primariò de Deo, secundariò de Angelis & animâ. Finitus dicitur ratione essentia, quippe quæ certis limitibus & terminis circumscripta est; ratione a. durationis finitus sunt à parte ante, quia principium habent. Completi sunt in essendo, existendo & subsistendo, & rectè vocantur supposita, hoc modo ab animâ tum in statu conjunctionis tum separationis considerati distinguuntur, uti & per independentiam à corpore, à qua nec anima separata immunis est.

IV.

Angeli sunt quid totum.

Rectè Dn. Sthalus t. 9. reg. 7. p. 233. 234. Totum sumitur dupliciter, vel positivè seu affirmativè, vel negativè seu privativè. Totum positivè acceptum est propriè & formaliter totum; totum a. formaliter & propriè importat ut habeat partes; totum negativè non est propriè & formaliter totum, sed dicitur sic per negationem oppositi, quia sc. non est pars nec partes habet, sic dicimus tota divina natura, totum infinitum. 2. Distinguitur inter totum Metaphysicum & physicum: prius Angelis attribuimus, posterius de iisdem negamus: non enim sunt compositi ex materia & forma, nec ex partibus quantitativis.

V.

Angeli non sunt actus purissimi, sed sunt partim simplices partim compositi.

Actus purissimi non sunt, cum soli Deo hic attribuendus sit, & præterea alia habent, cum quibus actus purissimus consistere nequit. Simplicitatem habent, cum non sint compositi compositione physica; à compositione autem omni non sunt immunes, quia sunt in prædicamento substantia, & sic admittunt compositionem ex genere & differentia,

G

rentiâ,

rentiâ, ex substantiâ & accidente, ex accidentibus pluribus, ex esse & essentia, non verò ex naturâ & supposito.

VI.

Angeli non necessariò omnes habent esse existens.

Ratio est, quia nullam implicat contradictionem, Deum plures posse creare Angelos; nec respectu Angelorum istorum creandorum adest ulla repugnantia; potentia sane Dei est infinita, cujus objectum est omne possibile, sicut omniscientiæ objectum est omne scibile. Angeli igitur isti, qui habent nondum esse actuale, cadunt sub objectum omnipotentiae divinae, & solum habent esse possibile: propterea nisi ex Omnipotentia potentiam finitam facere velimus, omninò concedendum est, plures posse fieri angelos, qui non sunt.

VII.

Angeli sunt incorruptibiles.

Incorruptibile aliquid est vel per naturam, vel per gratiam, vel utroq; modo, si diversus intercedat respectus. Angelos dicimus incorruptibiles per naturam, quia in naturâ suâ nullum habent intrinsecum corruptionis principium, nec per causas naturales destrui possunt: eodem Angelos dicimus incorruptibiles per gratiam, respectu divini concursus, ex cujus subtractione sequeretur eorum annihilatio.

VIII.

Angeli sunt in loco.

Dum Angeli dicuntur in loco esse aliquo, apparet eos non esse ubiq; in loco esse a. apud philosophos usurpatur dupliciter, 1. strictè, & sic competit rebus physicis, corporeis & materiatis, imò non omnibus, ut cælo supremo. 2. latè, prout in loco esse est indifferens ad res materiales & immateriales, & non tantum comprehendit in se locum physicum, sed & quodvis πῶν, hoc modo, Angelos dicimus esse in loco.

IX.

Angelorum numerus est magnus, non tamen infinitus.

De numeri multitudine constat ex S. Sacra *Luc. 8. v. 30.* interrogavit a. Jesus dicens, quod tibi nomen est? Ipse verò dixit, Legio: nam daemonia multa ingressa erant in eum. Et secundum *Conimbricenses l. 1. de gen. & cor. c. 4. q. 10. art. 3.* Legio continet sex mille sexcentos sexaginta

sex

sex. Quòd a. iste numerus ex se non sit infinitus, ex naturæ lumine potest probari. Excell. Dn. Præl. *disp. 6. ars. 5. part. spec.*

X.

Angelis competit locutio.

Locutio alia est physica & propriè sic dicta, quæ requirit certa organa corporea: juxta versiculum,

Instrumenta novem, sunt guttur, Lingua, palatum,

Quatuor & dentes, & duo labra simul.

alia per analogiam sic dicta, quam attribuimus angelis: & analogia potest esse hæc: quemadmodum nos per locutionem, conceptus nostros interiores manifestamus, ita quoq; Angelis competit ejusmodi actus, per quem alter alteri conceptus suos manifestat. Qui a. fiat, nihil certi definire possumus. Benè Scharfius in pneumatologia inquit: Hæc sunt altioris indaginis, sufficit quod Angeli loquantur, singulari quodam modo & cum Augustino confitendū est ex Enchir. nec sciri nec affirmari posse, quam Angeli ratione vel ad aurem forinsecus, vel ad animam hominis intrinsecus, loquantur.

C O R O L L A R I A.

1. *Mare rubrum, Græci Ἰσλασσα ἑρυθρὰ, rubrum dicitur ab Erythro, qui est Edom.*
2. *Cujus privatio bona, id ipsum non semper malum, & contra.*
3. *Gradus privationis major videtur, quàm gradus diminutionis & rursus gradus incaptiones, major videtur quàm gradus incrementi.*
4. *Luna nova in maris incrementum habet imperium, vi propria, sine lumine.*
5. *Partes maxime vitales, non sunt maxime sensibiles.*
6. *Orbes tot materiales conficti sunt ab Astronomis, solummodò docendi gratiâ.*
7. *Cavendi sunt, quos natura singulariter monstrosos notavit, sed non damnandi.*
8. *Non est contra naturam aliis subesse.*
9. *Qui vallum urbis conscendit, ubi accessit Magistratus imperium, injustus est naturâ.*
10. *Ecclesie ministris pro verbi predicatione, licet accipere stipendia, & injustus est, qui præmia illis detinet.*
11. *Ex rebus malè partis Eleemosyna legitima fieri non possunt.*
12. *Honores appetere licet.*

AD



AD DOCTISSIMUM
DN. RESPONDENTEM.

Nunc RISI seclum hoc, quo vix est unus & alter,
 Qui sophisticas discit solvere rite plicas.
 Multi scire quidem vellent, sed discere pauci,
 Tam segnes animos tempora nostra ferunt.
 Hos tu nil curans cathedram conscende, recunde
 Tela opponentum, tum bene ceder opus.
 Pulpita nunc quanto tibi sunt graviora laboris,
 Tanto & honora magis pulpita honoris erunt.
 Doctissimo Dn. Respondenti,
 sic gratabatur Præsidis ægra manus.




A L I V D.


Impertire tuas S O P H I Æ, charissime amice,
 Vires, sic ejus gratus alumnus eris:
 Sic pede felici tendens ad culmen honorum,
 Excipies letâ commoda multa manu.
 Non malè coepisti; tua Dissertatio præsens,
 Præclarum specimen sedulitatis adest:
 Perge, rogo, strenuè, studiosè promove gressus,
 Cum summâ tandem laude M A G I S T E R eris.


Officiosa apponebat manu Marpurgi,
 M. Henricus Schröderus,
 Alsfeidianus Hassus.


Tibi soli, O S A N C T U M N U M E N, manebit laus, & honor,
 & gloria, & virtus, & imperium, & gratiarum
 actio in seculorum secula.














5
IV.

ca genus non est ars nec prudentia.

ut prolixissimus, nulla flagitat nece sitas: unico igr
ur: quicumq; habitus philosophicus non est practi-
ca vitia & virtutes, circa contingentia, circa ea quæ
adunt, illius quoq; genus esse nequit. Atqui Meta-
phis habitus Erg. genus ejus prudentia esse nequit.
t prudentiæ propria indoles, uti minorem ipsius
a, quæ est mera theoretica seu speculativa. De arte
dam movere ausi sunt, quibus opponimus hanc ar-
ti non competit definitio artis, illius genus ars esse
ysicæ non competit definitio Artis. Erg. Major
tio generis competit speciei generi subjectæ, quia
eò est corpus animatum sensu præditum. Minor
one artis. Ars, inqt. Philosophus 6. Ethic. est habi-
tfectivus: hoc a. de Metaphysica nemo sanæ men-
theor. transe. disp. 1. th. 28. p. 10. quia habitus pra-
yfica, quomodo ars erit? Cum omnis ars sit habi-
es habitus practici: Forlan species alicui compe-
genus illius speciei? quod ego non crediderim,
omo sit & non animal. Hac ille. Artem contem-
m Mart. part Metaph. l. 1. q. 2. s. 1. & Scharf. theor.
p. 20. proclamamus σιδυρόζυλον. Nec juvat eum
io, quam ex Luciano suo accurato illo definitore
quæ quam perfecta & accurata sit, videatur Exc.
b. 1. art. 3. s. 3. p. 10. Scheibl. Met. l. 1. c. 1. art. 2. n.
p. 7. l. 1. quest. 1. & alii.

V.

ca genus non est intelligentia.

usio non aded sit apud Dd. Metaph. controver-
a brevis ero: sicuti a. de scientia strictè ita dicta
lided non possit esse genus Metaphysicæ, quia
siones: ita nunc de intellectu dicimus, quod hic
æ constituere nequeat, quia præcisè Principia
mentum. Qui habitus in nudis acquiescit Prin-
a. esse nequit. Ast intelligentia talis est. Erg. Ma-
A 3 jor